

## IX

143

**Sermo. ix.**  
**Tenui illuz nec**

dimittam. Ego huius capituli sensum ad futura volui tantum felicitate referre quoniam sponsus dilecte manus festam presentie sue exhibebit plenitudinem ut nihil sit quod interrumpat perpetuitatem. Nam et quod promittit. Quomodo pertransisset illos non incongrue ad id refertur. quomodo euacuerit omnem principatum et potestatem. ut sit deus omnia in omnibus. Ante illud enim tempus quis et sententia dicere potest: non dimittam illum. Sed hunc artat et evertit iterum: et ad presens facit referri illud quod sequitur. Donec introducam illum in domum matris mee. Sed iam vigilanter singula considerare mus. Primo considera quod sine leticie plena hec verba. Inveni (inquit) tenui nec dimittam. Dagnus ille patriarcha Abrahama legitur vidisse dominum non inuenisse. Apparuit enim ei vltro stanti in ostio tabernaculi ad meridiem. Denique egressus de tabernaculo/obuius sedulo sub ilice exhibuit officium in tabernaculo pro introducere non meruit: nec in cubiculum. Vidit et moyses apparet sibi in ore domini. sed tenere non meruit: qui nec propius est propius accedere. Vidit iacob dominum. sed vidit in somnis: et de longe scale innixum. Nam et si apprehendit angelum non tamen retinuit: sed quadam luce violentia benedictionis extorsit gratiam. amisit presentiam. et idcirco dicere non potuit. non dimittam illum. Inuenit illum Maria magdalene: sed prohibita est (non dico) tenere: sed etiam tangere. quia penes monumentum vitam quesivit. Suscepit diu expectatum: et inspirato inuentum senex ille. Si meon in vlnas suas et gratulationis letitiam erupit in canticum. sed vocis huius vsum sibi non presumit. non dimittam illum. Denique sic ait. **N**unc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium et gratiam plebis tue israel. Utique in pace dimittitur solus: et sequestratus a carne: ut non amplius concupiscat aduersus spiritum et illi repugnet. Ille ad noui amplexum pueri senescens deposuit hominis vetustatem et in tranquillitate statum a corporis corruptionibilis pena et carnis pugna dimittit

se vel postulat vel exultat. Sponsa pro dilectum a se non dimittendum presumit. Et quanto precellentis est gratie non dimittere quod amas: sed euadere quod horreas. Omnes hi et si in carne vel in carnis specie videntur: quosdam vel visionis vel apprehensionis gradus distinguit humanis in mentibus. Quod nulli eorum indultum legitur: ista vltro pat: cuius reprobamus euentilare sermones. Inueni per aspirationem. Tenui/mentis retractatione non dimittam/continuatione iungi. Tenui illum: et tu quomodo inuenieris christum. quomodo inuenieris sapientiam. quomodo inuenieris iusticiam. quomodo inuenieris sanctitatem. quomodo inuenieris redemptionem. hec omnia enim nobis factus est christus. Quomodo ista inuenieris: tene affectu/ tene studio. Quod intelligentiam inuenieris/ diligentiam tene et retine (ut sic dicam) retinere virtutes: et lubricas species artiori tibi astringe amplexu. donec vice versa vltro tibi inhereant/ et amplectent te gratis/ et sine tulla bore te teneant/ nec stant vel longius abscedere/ vel diutius abesse. Et si quando declinas ad officia humane necessitatis/ tibi te insectetur et reuocent/ et arripiant ad se/ ut vbi non possint assidue studium/ semper habeant obligatum affectum. Nam nonnulla mihi videtur distinctio/ an tu teneas christum dei virtutes et sapientias/ an tenearis ab ipso. Ama (inquit) sapiam et amplexabitur te. Denique de quibusdam dicitur/ quod tenuit eos superbia. Quid est tenuit/ nisi irretiuit et implicauit. et in illicite consuetudinis delicto obligauit vinculo. Hoc enim est quod sequitur. Operi sunt iniquitate et impietate sua. ut non facile euoluere et explicare ab illa se possint. Et ut amplius dicas/ quod si cute quadam/ sic aliquid praua operi et inuoluti sunt consuetudine vicioz/ ut illa dediscere et desuescere non tam expoliari sit quam excoriari. In cuius rei idcirco forte institutio legis continet hostie pelle abstrahi. Nam e regione quod stricta sacerdos idui in belinea/ veritas te vult illi quod terra orta est habitu artius astringi/ ut se castimonie et puritatis et innocencie tibi firmus ihereat et agglutinet tibi/ et oia sacerdos iduuta vel carbennul vel baltheus/ vult astricta/ et colligata sibi vult esse lex/ et quomodo iduersus dominum nram ihm christum quomodo te iduersus viscera misericordie/ benignitate et charitate/ et reliquis quas apud apostolum